



7723

Q. D. B. F.

1728,1

3/

THESIUM SELECTARUM
JURIS CONTROVERSI
 USUI HODIERNO INPRIMIS INSERVIENTIUM,
 ad ordinem & methodum
COMPENDII
JURISPRUDENTIÆ
FORENSIS
B. DN. G. A. STRUVII
 congeſtarum
EXERCITIUM I.

Quod
CONSENSU

AMPLISS. FACULTATIS JURID.
PUBLICÆ DISQUISITIONI,
PRÆSIDE

**AUGUSTINO BALTHA-
SARE,**

J. U. LIC. ET ACAD. SYNDICO,

Die Decembr. 1728.

exponet

J. J. HARTMANNUS,
BERGA RUGIANUS.

GRYPHISWALDIÆ,

Typis Caroli Höpfneri, Reg. Acad. Typogr.

A MESSEIGNEURS LES
COMTES,
ET
MESSIRES
DU
TRES - ILLUSTRE CORPS
DE LA
NOBLESSE RUGVIENNE.

MESSEIGNEURS

MESSIRES

MESSEIGNEURS

J'ose presenter à VOS SEIGNEURIES quelque peu de lignes pour la defense desquelles je vais esfuyer une dispute Academique & donner au même temps une preuve de l'application avec laquelle je me suis efforcé, pendant que j'ai fait ici mon séjour, d'employer dignement mes heures. C'est être hardi, je l'avoué, que de LEUR faire offre d'une chose, qui est tout à fait au dessous de ce, que je LEUR dois. Mais comme la capacité ne doit jamais être la mesure de nôtre obligation, VOUS permettez, MESSEIGNEURS & MESSIRES, que j'en fasse autant, qu'il m'est possible. Je suis né d'un pays qui est la demeure de Vos Illustres Familles & dont une partie de terres considerable a été le partage de Vos Ancêtres pendant plus de six siècles.

A 2

C'est

C'est au service de celui là & de VOS SEIGNEURIES que j'espère me rendre propre par mes études. Tous les soins que je me prens pour m'y perfectionner de plus en plus, n'aboutissent qu' à faire acquisition de l'honneur de VOUS être utile, de même qu' à ma Patrie. C'en est assez. MESSIEURS & MESSIRES pour VOUS marquer le zèle qui m'a porté à être hardi plutôt qu'insensible à une obligation, dont je suis touché de si près. Chacun est taxé selon ses forces au payement du tribut. VOTRE Generosité me fait donc esperer, que je le ferai aussi selon les miennes en ne payant qu'en papier & en VOUS offrant ces premices des fruits de mes études. Ayez la bonté, je VOUS supplie, de les regarder de bon oeil, quoyqu'il n'y ait aucun rapport entre des choses si peu proportionnées, qu'il le sont VOTRE rang & VOTRE naissance. si on les met en comparaison avec la petitesse, que je me prens la liberté de VOUS dedier. S'il plait à VOS SEIGNEURIES de m'honorer de LEURS bonnes graces & de LEUR protection, je me flatte LEUR pouvoir apporter un jour des encens d'un plus agreable parfum en LEUR donnant des preuves plus dignes & plus convaincantes du profond respect avec lequel je suis & resterai tous les jours de ma vie


MESSEIGNEURS
&
MESSIRES
de
VOS SEIGNEURIES

à Grieswald ce 27. du Novembre

1728.

Le tres-humble & tres-obeissant
Serveur

J. J. HARTMAN



AD TIT. I. LIB. I.

DE

JURISPRUDENTIA ET JUSTITIA.

THESIS I.

Invocatio nominis divini, publicis instrumentis ut præmittatur, ea necessitate, ut instrumentum, illa destitutum, ipso jure sit nullum, nullibi exigitur, neque *JURE CIVILI ROMANO* (a) vel *PONTIFICIO* (b), quippe quod hanc formulam plane omisit, cum pro Vicario Christi pugnet præsumtio, illum esse orthodoxum & quæque agere in nomine divino, vel etiam de *JURE GERMANICO* (c). Quin ne quidem de utilitate eam defendit, *HARPRECHT ad f. b.* &, multis abusibus eam subjacere, notat *THOMAS. in not. ad f. b.* ut lege publica potius interdici mereatur, judice *BÖHMERO in Thes. ad f. Controv. Procem. n. 2.* Interim tamen, cum usus rei non mox sit tollendus ob abusum, pie & consulto in foris nostris non solum Instrumenta, sed & alia negotia publ. v. g. Commissiones, Torturæ, &c. ab Invocatione hac votiva incipiuntur (d). Nolim itaque, ut verbis *MENCKENII in Tr. Synopt. ff. Tit. de Fid. Instr. p. 323* utar: alicui Autor esse, ut memoratam invocationem omittat. Hinc, si Notarius sua culpa eam omiserit, & partes inde damnum patiantur, tenetur ipsis ad interesse: *THOMAS. it. STRYCK. & TREIBER. in not. ad f. b.*



(a) Vide **COSTALI** *adversaria ad Rubr.* ff. ibique n. 2. *ad DD. HOEPING de F. Insign. Cap. 2. §. 3. n. 103.* **SCHNEIDEW** *ad F. b. n. 1.* **TREUTLER** *in Diss. V. Vol. II. Th. 3. lit. a.* & eleganter **BOCERUS** *Class. V. Diss. 21. Th. 13.* **UNGEPAUER** *Ex. I. q. 1.* **ZOES** *ad ff. L. 22. T. 4. n. 3.* **HOENONIUS** *in quest. j. illustr. Diss. 1. n. 3.* & quos ibi adducit **DD.**

Obst: antiquus Romanis receptus mos, quo actus, omiſſa à Consule ſolenni precatione, nec ratus nec validus habebatur, de quo vid. **HEINECC.** *in Orat. de Jurisprud. Rom. formularia.* Qui mos, præmittendi actibus & Instrumentis publicis invocationem nominis divini, tempore Christianismi, ob evitandam damnatam hæresim arriane suspensionem, in necessitatem quandam abiisse videtur. Vid. **Dn. WESTPHAL** *c. l.* ut hinc pio instituto cum retinuerit Justinianus, cum non solum ipse in nomine Christi ad omnia consilia omnesque actus semper progressus fuerit, *l. 2. C. all.* eaque ex ratione librum Inst. & ff. (quanquam Florentinus Codex ff. cujus lectionem & Haloandrinus probat, ea desitnatur) ab invocatione nominis divini auspicatus sit, sed non minus pia mente in **Nov. 47. cap. 1.** auctore Deo, à prima indictione instrumentum velit inchoatum, & in *l. fin. §. 2. C. de j. delib.* & **Nov. 90. pr.** signum crucis in Inventariis manu ipsius heredis & in Testamentis manu Testatoris, qui scribere nesciverit, exarari, jus sit.

Dissent: hinc **GLOSSA** *in auth. ut præponatur nomen Imp. §. si qua vero* **RAPH. FULGOSIUS** *in pr. Cod. BERNH. WALTH. L. II. Miscell. cap. 1.* **MENOCH. L. II. præf. 82. n. 1. & 2.**

[b] Vid. **Dn. WESTPHALII** *Tract. de juris Romani indole obligandi Germ. §. 4. not. 7.*

Obst: *can. cum Paulus 26. c. 1. q. 1.* qui tamen ad interna spectat, ad instar dicti Paulini *1. Cor. X. v. 31 & Act. XVII. v. 28.*

[c] Vid. **all. SCHNEIDEW. & GUDELIN** *de j. novissimo L. 4. cap. 11. num. 9.* **STRUVIUS** *in Synt. Exercitat. 28. th. 29.* & in *Spec. Diss. de invocatione nominis divini.*

Obst: *Ordinatio Notariorum MAXIMIL. I. de 1512 §. Und nachdem ic. ibi:* Nemlich daß im Anfangel nach Ausruffung Gdrtl. Rahmens ic. **Dissent**: ea propter **ROSBACH** *in præf. Civ. Tit. de fid. Instr. th. 8.* **HAHN** *ad WESENBEC. h. t. n. 5.* **AUT. ANON.** *ad d. Ordin. in not. d. WESTPHAL c. l.* Alii necessitatem quidem hujus solennitatis ex d. Const. agnoscunt, sed restringunt eam ad sola instrumenta à Notariis confecta, ut **JOH. ALB. STEPHANI** *in Syllog. Controv. circa text. Inst. TREIBER. in Comm. ad F. b.* Quanquam **HOPP.** *in Comm. ad F. b. in U. M.* absque paululum de jure scripto & consuetudine locum ei facit inter solennitates, quas præcise adhiberi vult **Imp.** attamen ejusdem negat effectum.

[d] Se-

[d] Secundum E. D. BRUNNEM. *Consilio I. num. 1.* & ROLL. a VALL. *Vol. II. cap. 73. num. 5.* RITTERSH. *ad Nov. Lib. IX. c. 24. n. 44.* Dn. STRUVIUM *al. Diss. apb. 15.* CARPZ. *in Inquisitionis proc. T. X. art. 3. in fin. aliosque.*

THESIS II.

Definitiones, in jure nostro occurrentes, non esse leges, probavit KESTNER. in *Tr. de defect. J. Rom. cap. 1. §. 10.* dum vix ulla, secundum effatum JAVOLENI in *l. 202. ff. de R. 7.* occurrit, quæ non everti posset, quod & maxime quadrat in illas, quæ hoc & seqq. Titt: nobis proponuntur [a].

[a] Vid BOEHMERI *progr. de Philosophia JCorum Stoica §. 3.* nec non D. HERRINGII, Prof. Gymnas. Sedin. *Progr. de Stoica veterum Rom. Jurispr. Obs. I.* quæ inter opuscula hujus argumenti, de sectis & Philosophia JCorum, à Dn. SLEVOGTIO collecta, extant n. 3. & 7.

THESIS III.

Unica saltem datur justitia, quæ consistit in conformitate actionum humanarum cum Legibus atque sic tam univers. quam particularis erit finis Jurisprudentiæ, quamvis Legislato- ris atque Judicis officium versetur maxime circa Justitiam actionum externarum.

Dissent: hic ad unum fere omnes, quotquot sunt commentatores, qui acerrime hac de re litem sibi invicem moyent, nec sane de vero ac genuino conceptu conveniunt.

THESIS IV.

Principi competit potestas circa sacra & divina, quatenus scil. cultum respiciunt externum, & respectus justii in ea cadit, (a) & quidem ut Principi, non ut Episco, (b) secundum prov: *Ein jeder Herr ist Pabst in seinem Lande /* apud HERTZ. *in paroem j. Germ. L. II. n. 2.* (c) cum quo etiam adeo Pontificiorum nonnullorum locorum praxis consentire videtur (d).

(a) Dissent

- [a] Dissent: alias ex principiis suae religionis Pontificiorum reliquorum Imperatorum praxis, per universam olim Germaniam non minus, quam universum fere orbem conspirans, qua Pontifex, verus ille Anti-Christus, caput in Ecclesia super omne Imperium seculare tolleret, & summum arrogantiae fastigium ascendens, in ipsos Imperatores ac Reges imperium sibi vindicaret. Quo tamen Papali jugo per Reformationem excusso, Principibus Protestantibus per Pacem Relig. & hanc praecedentes Recessus Imp. & Transact: Passaviensem, pristina iterum ab usurpatione Papae vindicata est in Ecclesiasticis auctoritas, quae novissime, ringente licet Papa, per Pacem Westph. ad reformatam religioni addictos est extensa. Vid. LYNCKII D. *de jure circa religionem*, c. 1. §. 18. p. 193. quam tamen Pontifex in terris Pontificiorum hodiernum integram servat, quin, tantis plerumque astutiis procedunt Nuntii Papales, ut etiam causas civiles ad suam trahant cognitionem, ita ut Imperator aequae ac Status vix sibi cavere satis, Majestatemque suam ab usurpationibus illorum iniquis tueri valeant, quorsum spectant verba *Recessus noviss.* §. Als sich denn auch die Stände zum höchsten beschweret, & pluribus firmatum dederunt acta sub finem praeterlaphi sec. anno 1693. *Camera inter & Officiale Lotharingensem* exagitata, apud FABRUM in *der Staats-Canzley P. IV. p. 675.* Cui, tam impio Pontificiorum Officialium attentato, lethalem ictum infixit mandatum Imperat. LEOPOLDI de 1677. contra Electorem atque civitatem Colonensem emissum, ap. FABRUM *cl. p. 697.* cujus singularia & plane notabilia occurrunt verba §. 1. nec non ejusdem Imp. mandatum de curanda revocatione censurarum p. 707. ibique p. 717. Zufall aber derselbe etc. conf. LUDOVICI *Consist. Proc. cap. 1. §. 25.*
- [b] Dissent: adeo ex nostratibus JCris protestantibus non pauci, ut MYLERUS ab EHRENBACH *de Princip. & Stat. Imp. cap. 86. §. 3.* alique, inter quos nollem esse celeberr. nostrum MATTH. STEPHANUM in egregio opere *de Jurisdictione L. III. P. 1. cap. 1. num. 15.* contra quem disputat LUDOVICI in *Process. Consist. c. 1.*
- [c] Sicut hoc solide inter alios demonstrarunt H. GROTIUS in *Tr. de Imperio summarum potestatum circa sacra.* CONRING. in *Tract. de autor. & offic. magistr. civilis circa sacra.* PUFFENDORFF. *de habitu relig. ad statum civilem §. 53.* THOMAS. in *der dreyfachen Ehren-Rettung des Reichs Evangelischer Fürsten in Kirchen-Sachen.* BUDDIUS Sen. *de Concordia Relig. Statusque Civilis,* & BUDDIUS jun. in *der Untersuchung des wahren Grundes aus welchen die höchste Gewalt eines Fürsten über die Kirche herpülzeiten.* BOEHMER in *Jure Ecclesiastico.* LUDOVICI in *Process. Consistoriali cap. II. §. 4.* ZIEGLER *de jur. Majest. L. I. cap. 18* & celeberr. Dn. WALCHIUS in *lexico philosoph.* voce: Kirchen, Regiment.
- [d] De Hispania ipsa testatur COVARRUVIAS in *quest. Pract. cap. 4. de Galicia* CHOPPINUS in *sacr. Pol. L. 2. cap. 2.*

❁ (9) ❁
T H E S I S V.

Principi non quidem competit *POTESTAS IN CONSCIENTI-*
as hominum, (a) Judicium tamen de controversiis Theo-
log. recte asseritur Principi, utpote jam tum *NºD. 123, c. 21.*
seculari Judici attributum, & Principibus Imperii Evange-
licis per *LL. imp. supra all.* restitutum, exercet per judicia
Ecclesiastica, hinc privatis, nec etiam Theologis, compete-
re potestatem ejusdem religionis consortes pro hæreticis
declarandi, ex Jure-Consultis sunt, qui non adeo male
statuere videntur (b).

[a] Vid. B. HENNINGII, Theologi de Ecclesia nostra meritissimi, *D. sub tit: Dominium conscientie soli Deo vindicatum.* Gryph. 1686. P. MULLERI *Præsidia domus illustris s. de ratione status, c. 5.* GERH. NOODT *D. de Religione ab Imperio j. Gent. libera,* nec non RECHENBERG. *D. sub tit: An cujus sit regio, ejus sit Religio? it: de Religione us mis defensa* GOERTZII *D. de subditis ad relig. non cogendis.* Add. WERNSDORFFII, Theologi Witteb. *Diss. de potestate Principis circa Symbola civium, in religione ab ipso dissentientium.*

Dissent: Pontificorum Secta, Papæ, ut Dei in terris vicario, universale in con-
scientias hominum imperium vindicans, ex satis perversa interpretatione
verborum Christi *Luc. XIV. 23. Compelle eos intrare.* In quæ verba com-
mentatus est doctus BAYLE in Tract. cui tit: *Commentaire philosophique sur ces paroles de Jesus Christ: Contrains les d'entres.* Canterbury 1686
in 12. edito, quo & nimis laxas potestati Principis indulget habenas. Quor-
sum etiam tendit HOBBIUS in *Tr. de Cive Cap. XVII. §. 21. Cap. XVIII. §. 14.*

[b] Vid. RECHENBERGII *D. de crimine hæreticis §. 12. conf. THOMAS. in Tr. vom Recht Evangelischer Kirchen in Theologischen Streitigkeiten / nec non BOEHMER in J. Ecclesiast. L. I. T. 1. §. 27. multisque seqq. ubi disputat contra J. B. CARPZOVII sententiam in D. de jure decidendi controversias Theologicaas.*

T H E S I S V I.

Moribus quamvis Germaniæ fere universalibus, etiam
in terris Protestantium, res Ecclesiasticæ singularem quasi
ac propriam constituere soleant Jurisprudentiæ ac Juris-
dictionis speciem, ECCLESIASTICA dicta, quæ hinc per spe-
ciale

B

ciale quoddam iudicium Ecclesiasticum s. Consistorium, exercetur, nullatenus tamen ab ea, quæ secularis audit, essentialiter differt (a), ita, cum utraque ex summa Principis potestate fluat, sic utraque itidem ex delegata Principis potestate exercetur. Sunt inde, qui, à mero Principis arbitrio dependere, statuunt, res Ecclesiasticas coram Iudicio mere seculari, quod totum ex personis politicis (b), vel intermixto, quod parim ex personis politicis, partim Ecclesiasticis, vel mere Ecclesiastico, quod ex solis Clericis constat, tractare atque decidere, quanquam media via præ reliquis nobis ab utilitate semet commendat (c).

(a) Dissent: Pontificii; quorum errori ex nostratibus JCrts hac in parte se afficiare videtur, præter *all. STEPHANUM & MYLERUM* ab EHRENBACH *c. 1. CARPZ. in Jurisprud. Ecclesiastica L. III. def. 1.* quem refellit LUDOVICI *c. 1. cap. 2. §. 7. seqq.*

(b) Dissent: hic iterum, ex ratione status, Pontificii, vid. LANCELLOTTI *Librum*, cui dedit tit; *Templum omnium Iudicum L. II. cap. 1. in pr. §. 4.* adeo, ut in ipsis summis Tribun. Imperii, Aulico scil. Iudicio & Camera cognitio causarum Ecclesiasticarum exulet, nisi quod quandoque cognoscant super quæst. de re spirituali, quæ in facto consistit. Vid. KNORR *Tr. de Penitent. Eccles. cap. 3. num. 51.* In terris itaque Pontificiorum solus Papa hic sibi vindicat cognitionem, quæ cum à Protestantibus susque deque plane habeatur, ipsi Principes, in causis, suam personam concernentibus, per Consilium Status iudicant, vel speciale ad hoc ex Vicinis Orthodoxæ Ecclesiæ Theologis æque ac politicis constituto Consistorio. Ex nostratibus imprimis Theologis multi hic partes suas agunt, inter quos quasi Antesignanus est CHRIST. WEBERUS in *tr. suo de j. Consistoriorum cap. 17.* cuius argumenta refellit LUDOVICI *c. 1. cap. 3. §. 1. seqq.*

(c) Vid. BRUNNEM in *J. Ecclesiastico L. III. cap. 1. §. 5.* HORNIUS in *J. publ. prud. cap. 59. §. 9.* LUDOVICI in *Proc. Consist. cap. 2. §. 12. & cap. 3. fere per totum.*

THESIS VII.

Jurisdicção Ecclesiastica est Regale, superioritati territoriali regulariter annexum, per speciale tamen privilegium,

am, vel etiam immemoriam præscriptionem, civitatibus municipalibus acquiri potest [a].

- [a] Vid. Illustr. MEV. P. II. Dec. 305, & in *Comm. ad Jus Lubec. quest. præl. 2. n. 20. seqq.* GOTOFREDI D. de j. *Consistoriorum in Eccles. A. C. usitatorum* §. 45. seqq. MATTH. STEPHANI in *Tr. de Jurisdictione* L. III. P. I. cap. 14. n. 120. seqq. Conf. BOEHMER. in j. *Ecclesiast. L. I. Tit. 28. §. 25. & Tit. 31. §. 75.* KEMMERICHII *Instit. j. publ. L. VII. cap. 4. §. 106. seqq.*

AD TIT. II. LIB. I.

DE

JURE NAT. GENT. ET CIVILI.

THESIS I.

Omnis Justitia actionum humanarum dependet à LEGE, nec dantur actus per se honesti vel turpes (a).

- [a] Vid. dictum Apostoli ad *Rom. VII. v. 7. 1. Job. III.* Illustr. PUFENDORFF. in opere de *J. N. & G. Lib. I. cap. 2. §. 4. & Lib. II. cap. 3. §. 4. & in Specim. Controv. cap. V.* THOMAS. in *Jurisprud. divina Lib. I. cap. 2. §. 74. seqq.* BUDDEUS in *Elem. Philos. Pract. P. II. cap. II. §. 39. & in Instit. Theol. Mor. Lib. II. cap. I. §. 29. in not. Dn. WALCHIUS in Lex. Phil. voce: Moralität.*

Dissent: communis scholasticorum Schola, & qui ei nomina sua dedere, ut H. GROTIUS in *Prolegom. de J. B. & P. §. 11.* VELTHEMIUS in 2. *peccat. Disp. sub tit: Num dantur actus per se honesti, aut turpes, quique adeo in sua natura sint debiti vel illiciti?* OSIANDER in *Typo LL. Natural.* ZENTGRAV. de *Origine J. N.* JÆGERUS in *Disp. de Jur. Nature.* In quorum castra etiam ex novissimis Theologis ac Moralitatis spectatæ eruditionis Viri transiere, inter quos est KLAUSING in *D. de interna bonitate & malitia actuum moralium*, Witteb. 1709. habita; nec non celeberrimus WERNSDORFFIUS in *D. de absolutissimo morali eoque Theolog. p. 17 & noviss. WOLFFIUS in seinen Gedanken von der Menschen Thun und Lassen. Cap. I. §. 5.*

THESIS II.

Datur aliquod J. NATURE, vid. GROTIUS in *prol. P. II. §. 3. (a)* in ipso statu naturali [b], etiam integritatis [c].

- [a] Id quod Philosophi Epicurei & Aristotelici athei non poterant non negare. Sed mirum, ex novioribus non deesse hujus Atheistici principii sectatores, quorum referendus BENEDICTUS SPINOZA in *Tr. Theol. Polit.* & HOBBS in *Tr. de Cive Cap. III. §. fin.* quem errorem Hobbesii refellit CUMBERLAND in *Diagn. de L. Natura.* COCQUIUS in *Anatom. Hobbesianismi*; necnon OTTO MENCKE speciali *Disp. de Thomae Hobbesii Epicureismo.*
- [b] Dissent: THOMAS HOBBSIUS in *Tr. cui Tit. Leviathan Cap. XIII. p. 127. Cap. XV. p. 144.* cui satisfecit HERTIUS in *D. de differ. j. in statu naturali & adventicio Sect. I. §. 1.*
- [c] Dissentit WILHELM von der MÜELEN in *D. ultraj. de origine j. naturalis* 1684. cui cum SIMON HENR. MUSÆUS opponeret: *Vindicatias juris naturalis Paradisiacæ* 1686. Ille defensionem sententiae suae suscepit 1687. & hic iterum nonnulla regessit in responsione de anno 1689. Controversiam hanc recenset BEYER in *specim. 1. not. aut. jurid. pag. 23.* Conf. THOMAS, in *Jurispr. div. L. I. cap. 2. §. 61. in not.*

THESIS III.

Leges naturales vere sunt Leges, non confilia. Vid.

Exod. XX. v. 2. ad Rom. II. v. 14. §. (a).

- [a] Dissent: Dn. THOMASIUS, qui occasione principii Hobbesiani *Tr. supra all. de cive ventilati*, primus oppositi erroris fabricator extitit, in *observ. Hall. Tom. VI. obs. 27 p. 255.* & in *Fundamentis J. N. & G. L. I. cap. 5. §. 34. seqq.* & sectatores invenit GERHARDUM in *delinea. j. naturalis & novis.* WOLFFIUM in *denen verälustigten Gedancken von der Menschen Thun und Lassen. P. I. cap. 1. §. 59.* Huic errori Thomasiانو semet opposuere celeberr. Dn. BUDDIUS in *Theol. moralis, pag. 430.* & ex professo Dn. PALTHENIUS, immortale decus Academiæ nostræ, in *D. de qv: An Leges Naturæ sint strictæ & propriæ dictæ LL. Gryph. 1704.* ut & Excell. Dn. P. B. GERDESIUS in *Indice nonnullarum erronearum doctrinarum ex Dn. THOMASII fundamentis J. N. & G. §. 1. - 8.* denique, qui novissime contradictoris partes egit, ALB. RIPERUS in *Disp. de LL. & LL. div. in genere & de LL. post. in specie, p. 102. seqq. Hamb. 1722. in 2vo edita.*

THESIS IV.

Dari Jus Naturæ IMPROPRIVM, hominibus cum brutis commune, quod consistit in obligatione (vel instinctu) qua ad actum aliquem suscipiendum natura trahimur, adstringimur, & veritati & rationi juris conveniens est, per *prin. Inst. b. r. & l. 1. §. 3. ff. de J. J. (a)*

[a] Con-

(a) Consent: nobiscum cordatiorum Jctorum quam plurimi, inter quos laudandus MASTÆRT in *Just. LL. Rom L. 1. D. 7*, per tot. HUGO de ROY de eo quod justum est. T. II. n. 2. ZOESIUS in *Comm. ad ff. b. t. BERGER in Decade sing. quest. §. 2. ext. in collect. Disp. suarum univ. 3. GUNDLING in Gundling. P. XV. n. 3. §. 12. seqq.*

Dissent: alias Jctorum ac Moralistarum quam plurimi, vid. PUFFEND. de *J. N. & G. L. II. cap. 3. §. 2. seqq.* inter quos etiam est Dn. LUDOVICI in *usu pract. institut. 8.* qui tamen admodum dissimile hic affert simile; Cæterum litem, quam hac de re Dd. sibi movere solent, fere capitalem, in Logomachiam potissimum abire, non sine ratione asserit TREUER in *D. de Logomachiis in J. N. pag. 12.* & Dn. BERGER in *D. de Logomachiis in juve, pag. 62. seqq.*

THESIS V.

Jus Naturæ, etiam respectu ipsius Dei, est immutabile[a].

[a] Consentit nobiscum H. GROTIUS in *J. B. & P. L. I. cap. 1. §. 10. num. 5. & 6.* & plerique commentatores in eum. Add. Dn. THOMAS IUS in *Inst. J. Nat & Gent. L. I. cap. 5. §. 45.* & in *Jurisprud. divina L. I. cap. 2. §. 98. seqq.* & in *Disp. de Crim. Bigamia §. 14.*

Obst. videntur exempla in S. S. passim occurrentia, ut *Gen. XXII. Exod. XI. v. 2. seqq. XII. 35. 1. Reg. XX. 35. seqq.* & alia. Ad quas objectiones tollendas Jcti varias & infinitas fere excogitarunt distinctiones, vid. HAHN. ad WES. tit. de *Inst. & Jur.*

Hinc nonnulli, cum GROTIUS c. 1. & Illustr. MEVIO in *Prodromo J. N. & G. p. 4.* hæc casibus in ipsa re potius, quam in J. N., deprehendi mutationem, putant.

Alii, ut VITRIARIUS in *Inst. J. N. Cap. I. q. 19.* in certo objecto admittunt, mutationem.

Alii denique distinguunt inter *mutationem*, quam negant, & *dispensationem* quam quidem concedunt, eamque definiunt per actum, quo Legislator declarat, actionem inferioris sub mente legis non comprehendi. Vid. BECMANN in *Meditat. pol. Disf. 2. th. 12. in fin. & Disf. 12. th. 8.* Verum, hi saltem in terminis ludunt, confundentes videlicet dispensationem cum interpretatione Legis restrictiva. Vid. Dn. THOMAS in *Jurisprud. div. c. 1.*

Juris Naturæ *PRINCIPIMUM ESSENDI* est *Voluntas Dei*, *COGNOSCENDI* vero aliud est *subjectivum* [quod *Theoreticum* dicunt] scil. *recta ratio*, ex *Con-vel Discorvenientia* actus cum *natura rationali cognoscens*, quæ *J. Naturæ sunt faciendæ*, quæque *omittendæ*; Secundum *THOMASIVM* in *Jurisprud. div. Lib. II. cap. 2. §. 64.* Aliud est *objectivum* [ab aliis *Practicum* dictum] per quod intelligimus *positionem universalem & evidentem, summam omnium LL. divinarum complectentem*, ex qua cætera *positiones deduci ac derivari possunt*. Hoc omnium optimum nobis ventilari posse videtur, generale illud ex tribus præceptis Justinianeis §. 3. *J. de. J. & J. suum cuiusque* (a).

[a] Consentit *STRIMESIUS* de *Originibus jur. naturalis*. Dissentientium tere fere opiniones, quot sunt capita.

THESIS VII.

Datur jus *GENTIUM*, non tamen à *J. Naturæ essentialiter distinctum* (a).

(a) Vid. *HOBBIUS* in *Tr. de Civ. Cap. XIV. §. 4. & 5.* qui primus illud ad classem *j. divini* retulit. Cujus causam egregie deinceps defenderunt *PUFEND. de J. N. & G. Lib. II. cap. 3. §. 22.* *BOECKLER. in Comm. ad Grof. de J. N. & G. Lib. II. cap. 3. §. 22.* *THOMAS. in Jurisprud. div. Lib. I. cap. 2. §. 103. & in Fund. J. N. & G. Lib. I. cap. 5. §. 73. seqq.* *BUDEUS in Elem. Philos. Pract. P. II. cap. 1. §. 17. seqq.* & *HERTIUS in D. de differ. j. in statu naturali & advent. §. 1. §. 4. seqq.* & *Dn. STRYK. jun. autor des so genannten Rechts und Nichts in der III. Entdeckung zten Untersuchung* qui tamen in eo labitur, quod omnem omnino differentiam à *J. N.* velic sublatam.

Dissent; *H. GROTIUS* in *opere de J. B. & P.* *MEVIUS* in *Prodrogo J. N. & G. Insip. 5. §. 7. seqq.* *RACHELIUS* spec. *D. qua vincere sustinuit: Jus Gent. esse speciem j. humani.* *KULPISIUS* in *Coll. Grof. p. 18.* *HUBER. de j. Civit. Lib. I. S. 1. cap. 5. nec non FRANTZKIUS* in *Comm. ad ff. Tit. de Inst. & j. n. 133. seqq.* & certo modo *GLAFEY* in *den Natur- und Völkern-Recht L II. c. 1. §. 296. multisque seqq.*, nec non in *denen Grund- sätzen der Bürgerlichen Rechts-Gelahrtheit Lib. I. cap. 1. §. 24. seqq.*

THE-

JUS PUBLICUM UNIVERSALE, quod generalia tractat præcepta juris naturalis de statu publico s. juribus officiisque imperantium & subditorum, est species ipsius juris naturalis (a).

[a] Hoc ex primæva quidem fundatione Rerump. originem trahit, nomen tamen primum prodidit, ejusque naturam indagavit Dn. HERTIUS in *Comm. ad Pufend. Jus Naturæ*; quam materiam paulo post speciali persequutus est disputatione. Cujus vestigia legit BOEHMERVS in *elegantia Tr. de j. publ. universali*, quo omnem hanc materiam juxta methodo pertractavit, inque concinnum redegit compendium. Adversarium quidem expertus est HERTIUS JOH. GRONINGIUM Wismar. in *Bibliotheca j. Gent. Europea in Disc. prælim.*: Verum solida argumenta objectionibus ejus reposuit HERTIUS in *pecul. Epistola ad amicum*, collecti-
oni opuscul ejus inserta. Quibus nova quædam addidit Dn. BOEHMERUS *cit. Tr. cap. 11. §. fin. & cap. 3.* differentias ejusdem tradens à jure Gent. Politica aliisque disciplinis connexis.

THESIS IX.

Datur Jus divinum POSITIVUM UNIVERSALE, à naturali diversum [a], quod magnam quidem cum natura hominis habet connexionem, non tamen ex lumine Naturæ, sed ex speciali revelatione divina cognosci potest, antequam, cum Abrahamo initum, facta, & quidem, vel statim post hominem conditum, Adamo, vel, post reparationem generis humani, Noacho. Addit quidem GROTIUS *Lib. I. cap. 1. §. 15.* tempus tertium, in sublimiori generis humani reparatione per Christum, sed errat hunc errorem cum Socinianis. Vid. D. BUDDI *Inst. Theol. Mor. P. II. C. I. §. 13.*

[a] Primum, quod sciam, Autor hujus distincti est H. GROTIUS in *opere de J. B. & P. L. I. c. 1. §. 15.* qui illud Jus voluntarium dixit, accuratam tamen ejus disquisitionem neglexit. Ex commentatoribus in GROTIUM, quidam hanc distinctionem plane impugnarunt ac rejecerunt, ut OSIANDER in *Observ. ad Grot. obs. 15. pag. 240.* quem secutus VELTHEM. in *Intrad. ad Grot. pag. 70.* Et qui totum id egit SAM. COCCEJUS in *Resol. dubiorum circa hypothesein de jure Naturæ contra Dn. LUDOVICI Prof. Hall. SCHILLER in Instit. j. can.*

Alii

Alii contra illud approbarunt, ut HENNIGES, in *observat. ad Grot proles.* p. 4. qui primum illud positivum universale dixit. ZIEGLER, in *Comm. ad Grotium.* KVLPIUS in *Coll. Grotiano Exc. 4. §. 6. pag. 55.* qui Theologis ac JCtis reliquis anam præbuit in naturam ac indolem ejus accuratius inquirendi. Omnium autem qui hancce doctrinam in certa redigere capita juris nostri naturam & cum J. N. con- & disconvenientias enucleare ceperunt, primus fuit celeberr. CHRIST. THOMASIVS, qui primum hanc operam tentavit in *Disp. Lips. de Crimine Bigamie §. 17. seqq.* & paulo post in *Jurispr. divina Lib. 1. cap. 2. §. 63. seqq.* Cujus vestigia deinceps maxima Moralistarum pars presit, ut BVDDEVS in *Elem. Philos. præf. P. I. cap. 1. §. 28. & P. II. cap. 2. §. 13.* TITIVS in *observat. ad PUFEND. de offic. hom. & civis pag. 144. seqq.*

Donec ille ipse THOMASIVS, sicut primus illam singulari industria excoluit sic quoque primus eam iterum destruxit, leges positivæ vocans conclusiones ex principiis honesti ac decori; quod primum ab eo tentatum in *observat. Hall. Tom. VI. obs. 27* & postea in *Fund. J. N. & G. Lib. 1. cap. 5.* Nec hac in parte ei defuere sectatores, sic namque hæc posterior sententia defensores invenit STRYCK, in *Tr. de j. Sabbati.* HOCERVM in *Tr. de Nupt. propinq. j. div. non prohibitis Cap. 2.* nec non BVDDEVM, qui ab hac sententia in *Theol. Mor. P. II. cap. 1. §. 2.* parum videtur alienus loco positivarum universalium substituens *Leges Naturæ hypotheticas*, quas supponunt institutum aliquod divinum, ad hominum salutem comparatum, ad quod observandum j. Naturæ simus obligati. Verum celeberr. Dn. BVDDEVS nomen potius quam rem ipsam mutare videtur. Vid. Exc. Dn. GERDESII *D. de pena adult. num. 12. - 17.*

Non tamen defunt, quibus THOMASII sententia prior arridet, ut (1) HOCHSTETTERVS in *Coll. Pufend. Exerc. 3. §. 21. seqq.* (2) WEBERVS in *D. de LL. divine positionis universal.* Cui THOMAS. respondit in *proem fundam. §. 16.* (3) GENTZKEN in *Sched. Moral. de principiis iusti prol. §. 24.* (4) GRAMLICH in *Vindiciis LL. divinarum positivarum.* (5) Dn. GERDESIVS in *Indice nonnullarum erronearum doctrinarum Thomasti §. 9. sq.* Historiam interim ac fata hujus doctrine pluribus subministrat LVDOVICI & THOMAS. in *Hist. J. N. pag. 14.* WALCHIVS in *Lex. Philos. verb; Ceteris.*

THESIS X.

De harum LL. positivarum univers. prima promulgatione ac universali obligatione ex verbo Dei revelato facti sumus certiores, non tamen de omnibus uno eodemque modo,

I. De

I. De quibusdam expressa S. S. litera testatur, quorsum refertur.

- (1) Lex de sanctificando Sabbatho, *Gen. II. v. 2, 3.* qua certum scilicet hebdomadis diem [a].
- (2) De abstinendo ab arbore scientiæ boni & mali. *Gen. II. 17.* (b)
- (3) Lex de matrimonio. *Gen. I. 28. II. 24.* [c]
- (4) De Imperio mariti in uxorem. *Gen. III. 16.* [d]
- (5) Nonnulli huc referunt præceptum de non comedenda carne cum sanguine vivo. *Gen. IX. v. 4.* [e]
- (6) De homicida doloso capitaliter plectendo. *Gen. IX. 6.* [f]

II. Quorundam promulgationem ex instituto Patriarcharum ediscimus, ut quidam ad hanc classem referunt: Institutum de sacrificiis. *Gen. IV. 35. VIII. 20, 22.* [g]

III. Aliarum revelationem per argumentationem ex S. S. elicimus, quorsum spectant.

- (1) LL. de gradibus prohibitis. *Levit. XVIII.* (h)
- (2) Ex quorundam sententia, interdictum conjugium Eunuchi. *Gen. I. 27. 28. II. 24.* [i]

IV. De quibusdam in N. T. extat declaratio ac repetitio Christi & Apostolorum. Ut

- (1) De Polygamia virili sive Polyginia. *Matth. XIX. 4, 9. 1. Cor. VI. 16. VII. 24. Eph. V. 31.* [k]
- (2) De Divortio. *Matth. V. 32. XIX. 3. - 9. Marc. X. 4. - 9. Luc. XVI. 18. 1. Cor. VII. 10.* [l]
- (3) Ut quidam ex *1. Cor. XIV. 34. 1. Tim. II. 12.* eliciunt Legem de Munere publico & ordinario docendi in Ecclesia, sexui feminino interdicto. De qua materia

C

conf.

conf. BRÜCKMANN. *de differ. utriusque sexus P. I. m. 3. qv. 3. n. 8. seqq.* B. MAYERI *D. Sacerdote androgyno in Präf. §. 2.* G. A. CAROCII *D. de feminis munerum publ. incapibus §. 6.*

[a] Sunt qui Legem hanc de sanctificando Sabbatho ad Jus Naturæ referunt, uti videre est ap. SELDENUM *de J. N. & G. juxta disciplinam Ebræorum L. III. cap. 13.* Verum, licet negari non potest, eam j. naturalis quid continere, quatenus in genere præcipit cultum divinum internum, & certo modo etiam externum. Vid. BOETNERI *D. de Quæst: An & quatenus sabbatum L. Nature præcipiatur? Quia certum tamen hebdomadale tempus, seu septimum hebdomadis diem, positivi tantum juris est, & quidem, si primam ejus institutionem spectes, universalis;*

Sunt equidem, qui, legem de Sabbatho unquam universalem fuisse, negant, & inter illos, nostra ætate, Dn. THOMAS. *in obs. Hall 27. Tom. VI.* solos Judæos, quibus in deserto demum hujus diei cultum præceptum statuens, stringi, cujus vestigia legit J. S. STRYKIUS *in D. de Sabbatho*, quibus tamen se opposuere nostræ Ecclesiæ Dd. & inter illos B. Dn. MAYERUS *nofter in Diss. Anti-Strykiana de Sabbatho. Gryph. 1707.* SEELIGMANN *in D. de Sabbatho*, Thomasiæ tamen sententiæ subscripsit noviss. Dn. FLEISCHER *in J. Eccles. Lib. III. cap. 2. §. 6.* Conf. de hac materia Dn. BUDDIUM *in Inst. Theol. Moral. P. II. C. 3. S. 2. §. 32 seqq.* & in *Hist. Eccles. V. Test. Per. I. S. 1. §. 18.*

[b] Vid. Dn. BUDDIUM *in Inst. Theol. Moral. P. II. C. 2. §. 23.* & in *H. E. V. T. c. 1. §. 17.* Dn. GLAFEY *in den Natur-und Bötter-Recht Lib. I. cap. 1. §. 253 seqq.* GENTZKEN *in Juris divini posteriori prudentia S. 1. cap. 2.*

[c] De his plura infra sub-tit: *de Nutt.* dicemus.

[e] Hoc sensu Judæi plurimique ex Christianis verba adductæ legis accipiunt *ne homo membrum de animante adhuc vivo palpitans*, aut etiam sanguinem adhuc palpitantem comederet, scil: *Carnem cum anima sanguinis ejus*, (mit seinem befehltem Blut) *non comedatis*. Et eo sensu hoc præceptum, licet pœnam non habeat annexam, hodiernum tamen obligat; Dissentiente licet THOMASIO *in D. de j. Aggrat. Principis Evang. in causis homicidii cap. IV. §. 4. in fin.*

Alii tamen simpliciter sanguinis usum hic prohiberi volunt, eo sensu: *Carnem cum anima ejus*, h. e. *sanguine ejus non comedatis*, legem nostram accipientes, ut *Deut. XII. 23. Levit. XVII. 11. 13. 14.* hodie iteram concessum, juxta *Colos. II. 16. seqq.* Non obstat: *Act. XV. 29. & Nov. Leon. 58.* ubi admodum superstitiose Imp. usum farciminum garvi pœna, nempe bonorum publicatione flagris & exilio punit; Cujus super-

superstitionis reos se faciunt etiam ex numero Patrum non adeo pauci, ut
 TERTULL. *de Monogam. cap. V.* & *de Jesuitis cap. IV.* CHRYSOSTO-
 MUS in *Genes. Hom. 27.* pl. imique recentiorum. Ex nostratibus quoque
 JOH. GERHARDUS *ad Gen. cap. IX. 4.* & noviss. Dn. GENTZKE-
 NIUS in *Tract. de j. divini positivi prudentia cap. III. m. 1. jus div.*
 particulare ab universali non accurate discernendo, ut recte notat doctiss.
 Dn. BUDEUS in *Historia Ecclesiast. Part. I. Sect. II. §. 5. not. 3.*

[f] Dissentiant alii, qui eam ad L. Naturæ referunt, ob *Gen. IV. 14.* & *Act.*
XXVIII. 4. quam sententiam etiam tuetur Dn. BUDEUS in *Inst. Theol.*
Mor. P. II. cap. 4. §. 18.

Contrarium vero ostendit THOMAS in *D. de j. aggrat. cap. II. §. 6. 7.* in eo
 tamen peccans, quod eam ad legem particularem mosaicam referat, in *not.*
ad HUBERUM de j. civ. Lib. III. S. 2. cap. 5. pag. 643. & in *Faud. J. N. &*
G. Lib. III. cap. 7. §. 21. Consentiente KESTNERO in *Jurisprud. Papix,*
cap. 4. §. II.

[g] Dissent: qui, typicam sacrificiorum indolem negantes, illorum originem
 ex J. N. decivant, ut SPENZERUS de *LL. Hebræorum ritualibus.* CHAU-
 VIN de *religione naturali P. II. cap. 4.* Quos merito refutarunt OUTRA-
 MIUS de *Sacrificiis* CLOPPENBURG de *Schola sacrificiorum & alii.*
 Conf. Dn. BUDEUM in *Hist. Eccles. V. T. Per. I. Sect. I. §. 30.* Dn. WAL-
 CHII *Lex. Phil. voce: Difer.*

[h] De his & seqq. infra tit: *de Spons. & Nupt.* uberior dicendi locus erit.

THESIS XI.

Circa hæc LL., non vero delictorum, istis prohibito-
 rum pœnam, nisi & hæc expresse sit adjecta, ut in pœna
 homicidii [a] omnis denegatur Principi potestas dispensan-
 di sive aggratiandi.

[a] Dissent: HANNEKENIUS, Theol. Witteb. in *D. de j. Gratiæ Principis*
Christiani in reos noxæ capitalis, qui cum Theologicè hoc Thema tractave-
 rit, Dn. THOMASIUS spec. Tractatione Juridica ac Morali istud dignum
 judicavit, in publicam lucem edita *Disp. de jure aggratiandi Principis Evan-*
gelici in causis homicidii, multos hujus sententiæ, in aulis inprimis ac scho-
 lis, fautores nactus, & inter illos etiam Dn. KESTNERUM c. l.

508 (40) 606
THESIS XII.

Jus divinum particulare FORENSE hodie quidem non necessario retinetur, ut videmus in pœna furti, quantum tamen fieri potest, (e.g. ubi non requiritur specialis concursus divinus, ut *Num. V. 16. seqq.*) & Reip. status permittit (ubi nempe Leges non sunt ad solam Judæorum gentem adstrictæ, ut *Num. XXXVI. & Deut. XXIII. 1. 2. 3.*) in Politiam recipere licet. Vid. GROT. *Lib. 1. cap. 1. §. 17.*

THESIS XIII.

Jus Ceremoniale ECCLESIASTICUM mortuum est, æque ut forense; Non itaque ad ejus observantiam hodiernum obligamur. Potest tamen, quantum Ecclesiæ nostræ statui convenit, retineri, e. c. Constitutio de decimis, primitiis, &c. *Exod. XXIII. 29. XXIIV. 26. Num. XVIII. 12. 13.* hodiernum multis locis usitatis. Vid. STYPMANN *de Salaris Cler. pag. 95. ZEPPERUM in Explan. LL. Mosaic. forens.*

THESIS XIV.

Jus Ceremoniale TYPICUM, Christum cum suis beneficiis adumbrans, hodie non tantum cessat, sed etiam, accedente opinione cultus & necessitas, fit mortiferum, ut sunt omnia sacrificialia, *Exod. XXV. 9.*

Contra errorem Scholast. qui generalem hanc inculcare solent regulam:
Judicialia nobis esse mortua, ceremonialia vero mortifera.



Greifswald, Diss., 1726-32

ULB Halle

004 529 650




3

f

Sb.







1723

Q. D. B. V. *N* 1728, 1
3/

THESIUM SELECTARUM
JURIS CONTROVERSI
USUI HODIERNO INPRIMIS INSERVIENTIUM,
ad ordinem & methodum
COMPENDII
JURISPRUDENTIÆ
FORENSIS
B. DN. G. A. STRUVII
congestarum
EXERCITIUM I.

Quod
CONSENSU
AMPLISS. FACULTATIS JURID.
PUBLICÆ DISQUISITIONI,
PRÆSIDE
AUGUSTINO BALTHA-
SARE,
J. U. LIC. ET ACAD. SYNDICO,
Die Decembr. 1728.
exponet
J. J. HARTMANNUS,
BERGA RUGIANUS.

GRYPHISWALDIÆ,
Typis Caroli Höpfneri, Reg. Acad. Typogr.

